

## δακτυλική τριποδία / *tripodia dactylica* (-ce)

ΤΖΕΤΖ. *de metr. Pind.* 119. 8 sqq.

ένδέκατον δακτυλική ὑπάρχει τριποδία,  
εἰ καὶ ἐνὶ σπονδαίῳ σοι τὸ μέτρον σκευωρεῖται·  
ἔσχον γὰρ ἄδειαν πολλὴν σπονδαῖοι ἐν δακτύλοισι.  
δακτυλικά

- ~ - - - -

SCHOL. VET. in Pind. *Ol.* 14 (p. 13. 15 Tessier) τὸ ἰα΄ δακτυλική τριποδία.

SCHOL. REC. in Pind. *Ol.* 14 (p. 422. 12 sqq. Abel) τὸ ἰα΄ δακτυλική τριποδία ἦτοι δακτυλικὸν τρίμετρον. ὡς δὲ ἐμοὶ δοκεῖ, προσοδιακὸν ἐστὶ δίμετρον ἀκατάληκτον ἐκ χοριάμβου καὶ ἰωνικοῦ ἀπ' ἐλάττονος.

[ACRON] in Hor. *carm.* I 14 (I, p. 63. 22 sq. Keller) metrum duobus versibus asclepiadeum; tertius ferecratius, quartus glyconius, qui tripodia dactylica dicuntur.

DIOM. GL I 520. 7 sqq. sexta ode tetracolos horatianum <metrum> habet. constat autem ex tribus versibus asclepiadeis, de quibus supra diximus, sic: (Hor. *carm.* I 6. 1)

scribe,ris Vari,o, fortis et, hostium,

et quarto glyconio. constat autem ex spondeo et choriambo et iambo sic: (Hor. *carm.* I 6. 4)

miles, te duce ges,serit.

alii vero κατὰ τριποδίαν δακτυλικήν scandunt sic, spondeus, dactylus, dactylus: miles, te duce, gesserit.

DIOM. GL I 521. 18 sqq. tertia decima ode asclepiadeum metrum habet et per binos versus scanditur, <ex quibus unus tripodia dactylice,> alter penthemimeres appellatur, spondeus, dactylus, <dactylus>: (Hor. *carm.* I 13. 1)

cum tu, Lydia, Telephi.

quarta decima ode asclepiadeum metrum habet et per quaternos versus scanditur, duo qui penthemimeres appellantur et duo qui tripodia dactylice dicuntur sic, spondeus, dactylus, semipes, dactylus, dactylus: (Hor. *carm.* I 14. 1)

o na,vis refe,rent, in mare, te novi.

quinta decima ode idem metrum habet et per quaternos versus scanditur, sed tres penthemimeres, unum qui tripodia dactylice appellatur; spondius, dactylus, semipes, dactylus, dactylus: (Hor. *carm.* I 15. 1)

pastor, cum trahe,ret, per freta, navibus.

DIOM. GL 522. 7 sqq. nona decima ode horatianum metrum habet et constat ex glyconio et asclepiadeo, quod supra scriptum est in ecloga proseuctice Vergilii. alio autem genere scanditur per binos versus, quorum unus est tripodia dactylica, alter penthemimeres: (Hor. *carm.* I 19. 1)

mater, saeva Cu,pidinum.

DIOM. GL I 522. 14 sqq. vicesima prima ode horatianum metrum habet et per quaternos versus scanditur, quorum duo constant ex asclepiadeis, tertius pherecratio, quartus glyconio. alii vero sic scandunt, duo penthemimeres et duo tripodia dactylice: (Hor. *carm.* I 21. 1)

Dia,nam tene,rae, dicite, virgines.

DIOM. GL I 522. 22 sqq. vicesima tertia ode idem metrum (*scil. ac vicesima prima*) habet et per quaternos versus scanditur, sed tres penthemimeres, unum qui tripodia dactylice dicitur, quae glyconio metro constat: (*car. I 24. 1*)  
quis de,sideri,o, sit pudor, aut modus.

DIOM. GL I 523. 8 sqq. tricesima prima ode asclepiadeum metrum habet et per quaternos versus scanditur, ex quibus tres penthemimeres, quartus tripodia dactylica appellatur: (*Hor. car. I 33. 1*)

Albi, ne dole,as, plus nimi,o memor.

DIOM. GL I 523. 15 sqq. tricesima tertia ode asclepiadeum metrum habet et per binos versus scanditur, ex quibus unus tripodia dactylice, alter penthemimeres appellatur: (*Hor. car. I 36. 1*)

et tu,re et fidi,bus iuvat.

DIOM. GL I 524. 11 sqq. duodecima ode asclepiadeum metrum habet et per quattuor versus scanditur. nam tres penthemimeres, quartus tripodia dactylice appellatur: (*Hor. car. II 12. 1*)

nolis, longa fe,rae, bella Nu,mantiae.

DIOM. GL I 525. 4 sqq. secunda ode asclepiadeum metrum habet et per quaternos versus scanditur. nam duo penthemimeres, duo tripodia dactylice insunt: (*Hor. car. III 7. 1*)

quid fles, Asteri,e, quem tibi, candida.

tertia ode asclepiadeum metrum habet et per binos versus scanditur. nam unus tripodia dactylice, alter penthemimeres inest: (*Hor. car. III 9. 1*)

donec, gratus e,ram tibi.

< ... > quinta ode asclepiadeum metrum habet et per quaternos versus scanditur. nam tres penthemimeres, quartus tripodia dactylice < insunt >: (*Hor. car. III 10. 1*)

extre,mum Tana,in, si bibe,res Lyce.

DIOM. GL I 525. 17 sqq. octava ode asclepiadeum metrum habet et per quaternos versus scanditur. nam duo penthemimeres, duo tripodia dactylice insunt: (*Hor. car. III 13. 1*)

o fons, Bandusi,ae, splendidi,or vitro.

DIOM. GL I 525. 23 sqq. decima ode asclepiadeum metrum habet et per binos versus scanditur. nam unus tripodia dactylice, alter penthemimeres inest: (*Hor. car. III 15. 1*)

uxor, pauperis, Ibyci.

undecima ode asclepiadeum metrum habet et per quaternos versus scanditur. nam tres penthemimeres, quartus tripodia dactylice inest: (*Hor. car. III 16. 1*)

inclu,sam Dana,en, turris a,henea.

DIOM. GL I 525. 34 sqq. quarta decima ode asclepiadeum metrum habet et per binos versus scanditur. nam prior tripodia dactylica, sequens penthemimeres inest: (*Hor. car. III 19. 1*)

quantum, distet ab, Inacho.

DIOM. GL I 526. 11 sqq. nona decima ode asclepiadeum metrum habet et

per binos versus scanditur. nam unus tripodia dactylice, alter penthemimeres inest: (Hor. *carm.* III 24. 1)

inta,ctis opu,lentior.

DIOM. GL I 526. 22 sqq. vicesima tertia ode asclepiadeum metrum habet, quod ut supra diximus (11 sq.) scanditur. nam unus tripodia dactylice, alter penthemimeres inest: (Hor. *carm.* III 28. 1)

festo, quid poti,us die.

DIOM. GL I 526. 31 sqq. prima ode asclepiadeum metrum habet et per binos <versus> scanditur. nam primus tripodia dactylice, sequens penthemimeres inest: (Hor. *carm.* IV 1. 1)

inter,missa Ve,nus diu.

DIOM. GL I 526. 37 sqq. tertia ode asclepiadeum metrum habet et per binos versus tripodia et penthemimeres scanditur: (Hor. *carm.* IV 3. 1)

quem tu, Melpome,ne semel.

DIOM. GL I 527. 4 sqq. quinta ode asclepiadeum metrum habet et per quaternos versus scanditur. tres penthemimeres, quartus tripodia dactylice inest: (Hor. *carm.* IV 5. 1)

divis, orte bo,nis, optime, Romule.

DIOM. GL I 527. 23 sqq. duodecima ode asclepiadeum metrum habet et per quaternos versus, tribus penthemimeres, quarto tripodia dactylice, scanditur: (Hor. *carm.* IV 12. 1)

iam ve,ris comi,tes, quae mare, temperant.

tertia decima ode hoc idem metrum habet et per quaternos versus scanditur; duos penthemimeres, duos tripodiam dactylicen habet: (Hor. *carm.* IV 13. 1)

audi,vere Ly,ce, di mea, vota di.

[S.D.B.]